



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

21. An poßit etiam semiebrium?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

64 D E N E C E S . E T M O D . M I N I S T ,

*2 Tract. 8. in ratione: & confirmatur authoritate (4) D. Joannem.* Augustini, qui disertis verbis afferit, baptisum ab ebrioso datum, esse validum.

Dices: Nullo casu, ne in extrema quidē necessitate, licet aduocare ebrium: E. nec ebriosum, quia ebriositas crimen, ut apparet, maius est ebriositate.

R<sup>2</sup>. Quod ebriosus possit ministrare Sacramentum, non item ebrius, non ideo esse, quod ebriositas minus sit peccatum, sed quia is ebrius dicitur, qui actū priuatus est v̄su rationis, & consequēter non potest habere intentionem ad valorem sacramenti necessariam, quam habere potest ebriosus, interim dum actū ebrius non est.

Q V Ä S T I O XXI.

*An posset etiam semiebrium.*

**D**iximus statim illum dici ebrium, qui actū rationis v̄sum non habet: Cūm verò duobus modis possit id accidere, uno vt totaliter priuetur rationis v̄su: altero, vt ex parte, puta qua restat aliquid luminis & discursus, necessariò poni debet duplex ebrietas: vt una dicatur perfecta & consummata, altera imperfecta, quæ semiebrietas dicatur. Hui<sup>o</sup> occasione quæritur, casu quo non reperiatur aliud sacerdos, si verò quis-

pian

piam semiebrius, qui operam nō recusaret  
si vocaretur, an licebit talem sacerdotem  
ad se pro sacramentis vocare.

*Responso*

**S**i alius haberi non potest, licet eadē semper ratione: Neque obstat, quod verisimiliter putatur, peccatus in ministratio-ne sacramenti, tum quia hoc non est certū, potest enim talis aliquid plus potus ex cōfilio medicorum sumpsisse per modū antidoti contra pestem, quod secundum plerosq; licitum est, tum quia potest se breui tempore bene disponere ad ministrādum sacramentum, cum adhuc verbi rationis vta-tur: Et vt ponatur, peccatus tamen preste infectus rem bonam petit, & adeſt iusta necessitas, quae illum excusat, vt ante diximus.

Dices: ad sacramenta ministranda non sufficit quicunque verbi rationis, sed tantus qui sufficiat ad rite iudicandum de sua & suscipiens dispositione & valore materie, formae, & similib<sup>o</sup>, ad quae non videtur sufficere verbi, qui est in semiebriis.

R<sup>e</sup>. In casu necessitatis, in quo versamur excusari in ministro minorem dispositionē sicut & in ipso suscipiente per illa, quae ini-

E tio hu-

66 DE NECES. ET MOD. MINIST.

tio huius tractatus diximus, sufficere ergo  
videtur illa, qualis communiter in semie-  
briis reperitur.

## QVÆSTIO XXII.

*An etiam Concubinarium.*

Quæstionis explicatio.

*a t. nullus c. p̄r̄t̄or. dist. 32. c. ultim. b. Manual. c. 25 q. 8.* **E**T si specialis (*a*) iuris prohibitio, qua  
fideles vetat ut à sacerdote publicè cō-  
cubinario sacramenta accipere, quam etiā  
hodie obligare putat (*b*) Nauarrus. Huius  
occasione quæritur: An in casu, quo versam-  
mur, si nullus alius haberit possit, liceat etiā  
publici concubinarii operam conducere.

*Reffponsio.*

*c. c. ult. 25. quest. 8.* **S**I aliud sacerdos haberi nequit, licet, ea-  
dem temperatione: quia actio hone-  
sta ab illo petitur, quā ipse sua malitia & impuritate quātum in se est conspurcat & cō-  
maculat, quod significat Nicolaus (*c*) Papa  
cūm ait. *Adulterum sacerdotem ministrando sa-*  
*cramentum se tārum lēdere, & vnde aliis commo-*  
*dum exhibet, sibi dispendium prēbere.* Neque  
obstat lex charitatis, quia, ut statim dixim⁹,  
non tenemur in graui necessitate spirituali  
vel nostra vel publica, parcere opera illius  
qui